

tract. de præsumptione in præludij. par. 2. num. 1. 1. vers. & per hoc. Secundum adfertur exemplum. Præsumptio iuris, & de iure est, quod legitimo titulo is possederit, qui tanto tempore, cuius initij memoria non est apud homines, possedit. c. cum nobis, de præscriptio. Quia quidem de præsumptione dicemus infra lib. 3. præsumpt. 89. Hæc tamen præsumptio per indirectum non posseditur, immo extare memoriam initij suæ vitiosæ possessionis. ita Felynus in d. c. cum nobis. nu. 18. de præscript. & Alc. loco supra citato, nu. 12. Per indirectum etiam poterit probari, probando possessorem illum semper fuisse in mala fide, ita scribit Crauet. in tract. de antiq. tempor. quarta particula, quartæ partis princ. num. 14. Tertium exemplum est, si quis examinauerit testes ad æternam rei memoriam, & intra annum vitalem non proposuerit actionem, fraude id egisse præsumitur. ita gl. in c. quonia frequenter. in princ. vt lite non contestat. vbi Bald. & Felyn. & vberius dicemus infra lib. 2. præsumpt. 76. Verum tamen aduersus hanc præsumptionem admittitur probatio contraria, per indirectum, vt puta, elapsam non esse annum ab ea die, qua potuit experiri. Ita gl. Bald. & cæteri in d. c. quonia frequenter. Alciatus in tract. de præsumpt. in præludij parte 2. num. 13. Quartum est exemplum: Præsumptio iuris, & de iure est, quod si tutor de scripserit aliqua ex suis bonis in inuentario bonorum pupilli, illa bona præsumuntur pupilli. l. vt. C. arbit. tutel. Quam quidem præsumptionem explicabimus infra lib. 4. præsumpt. 68. Aduersus autem hanc præsumptionem, admittitur contraria probatio per indirectum, nempe probando bona fuisse restituta. Ita Bald. in d. l. vt. nu. 2. C. arbit. tut. quem vno verbo secutus est Alciatus loco supra citato. num. 13. in fin. & apertius Afflicus decis. 13. num. 26. qui num. 27. sensit, eam indirectam probationem præsumptionibus fieri posse. Quintum exemplum est, si constat Caium odio capitali fuisse persecutum Sempronium. Deinde constat Sempronium occisum fuisse in aliqua domo, & de qua visus est egredi Caius districto, cruentoque gladio, violenta præsumptio, quæ iuris, & de iure dici potest, insurgit, Caium homicidam fuisse. Ita post Bar. Baldum, Boerium, & Gram. scripti supra q. 2. Nihilominus contra hæc præsumptionem admittitur probatio per indirectum, nempe probando ipsum Sempronium fuisse mentecaptum, & sapius sibi manus intulisse, vel probando Caium reconciliatum fuisse Sempronio, & eum alias potuisse occidere, si ei placuisset. Qua de re scripsi in dicta quæst. 2. & alia explicabimus infra lib. 5. præsumpt. 58. Sextum est exemplum. Instrumentum publicum dicitur esse probatio clara, & probata, vt scribunt Bal. & alij plures, quos commemorat Ias. in l. 1. in princ. nu. 10. ff. de oper. nou. nunc. Et ob id habet instrumentum præsumptionem iuris, & de iure pro se in casu antiquæ. in princ. C. ad S. C. Vellei. de qua quidem dicemus infra lib. 3. præsumpt. 19. Attamen aduersus instrumentum admittitur probatio per indirectam, vt puta quod illud non est instrumentum publicum, sed quid fictum & simulatum. Ita declarat Bart. in l. 1. §. & partui. num. 2. versic. ego in ista. ff. quod vi aut clam. Et Bart. secuti sunt Corsetus in sing. in verbo, exceptio, incipit, si statutum, apertius Comen. in cõs. 155. Antognolus. col. 2. Ias. in l. cum ea quæ, nu. 3. C. de transact. Felyn. in c. ex parte. il. 2. nu. 6. versic. 2. fallit. de offic. deleg. egregie respondit in terminis Ruin. in consil. 78. num. 1. col. 4. Dec. in consil. 36. num. 4. Cassan. in consil. 1. in quarto præsupp. nu. 24. Crau. in consil. 211. nu. 5. Tiraquel. in tract. de retractu consang. §. 1. glo. 2. nu. 12. Vancius in tract. de nullitate titul. quis possit dicere de nullitate. num. 37. & in specie Afinius in commentarijs ad statuta Florentiæ. §. 19. cap. 5. limit. 7. Septimum est exemplum ex traditione Bossij in tract. causarum cri-

minalium, in tit. de vctigalium conductione. nu. 5. & 7. Extat Decretum Mediolani. Quod nullus familiaris principis, vel frater, & domesticus illius familiaris possit conducere vctigalia, alioqui præsumatur, quod is frater, vel domesticus conduxerit tanquam socius, vel interposita persona ipsius familiaris. Et hæc præsumptio, inquit Bossius, est iuris, & de iure, attamen per indirectum admittitur probatio contraria, vt puta probando fratrem, vel domesticum esse inimicum ipsius familiaris principis. Præterea hic alia plura exempla, quæ adferri possent. Illud vnum tantum dicam, quod in casu huius nostræ disputatio nis, procedit illa iuris sententia, qua dicimus, multa concedi per indirectum, quæ directio non concederentur, cuius sanè traditionis meminit egregie Felynus in c. ex parte. n. 7. de officio deleg. qui post Anch. in consil. 270. in primo dubio, dixit, quod si statuto cautum sit, bona decotorum debere adiudicari creditoribus, & si decotor infra quadrimestre non soluat, sint pleno iure ipsorum creditorum, non impeditur tertius, qui asserit bona ista sua esse, quin illa vendicat, & consequatur. Atque ita illi creditores per indirectum impediuntur, cum directo impediti non possent. Est simile quod dicemus, quod licet reo nunciari non possit futuro dolo & directo, attamen potest per indirectum. Alex. in consil. 54. li. 2. Ias. in l. actione. in fi. C. de trans. & Cassan. in d. cõs. 1. in 4. præsupposito. n. 24. Erit præterea animaduertendum hanc indirectam probationem, seu dicta, factaque, ex quibus illa colligitur, 1. probari posse duorum testimonio. Ita Bald. in l. testimonium. num. 2. C. de testib. in l. generaliter. Co. de non nume. pecun. & in l. vt. num. 2. Co. arbitrium tutelæ, & Afflic. in dec. 13. nu. 26. simile diximus supra, in quæst. 51. de probationibus dictorum, vel factorum, ex quibus oriuntur præsumptiones, vt dicta illa, vel illa facta possint probari duorum testimonio.

Scripturam, qua probari poterat aduersus præsumptionem iuris, & de iure, si deperdita est, probari posse testibus.

S V M M A R I V M.

1 Scriptura deperdita, testibus probatur contra præsumptionem iuris, & de iure, & quæ hoc casu requirantur. n. 2.

Q V A E S T I O L X V I.

QVAERO sexagesimosexto, an in casu huius præsumptionis iuris, & de iure, si scriptura, qua probari poterat contra ipsam præsumptionem, est amissa, probari possit testibus, illa amissa, & tenor, vt possit deinde euelli præsumptio ista? Qua in re dicendum est, quod possit. Ita enim dicimus, quod quando aliquid probari oino debet per scripturam, si scriptura casu est deperdita, potest illa probari, & eius tenor, & eodem modo satisfactum est legi. Ita scribunt relati à Decio in c. 2. n. 14. vers. 3. si instrumentum, de probat. Et illis accedunt Alex. in l. 2. n. 8. C. de bonor. poss. secund. tabu. & in l. si vnus. n. 2. C. de testam. & Marfil. in sing. 136. Et hæc traditio probatur in l. testimonium. in fi. C. de testib. in l. emancipatione. C. de fide instr. in l. iube mus. C. de emancip. liber. & in c. cum olim. l. 1. de priuil. Requiritur tamen plura, vt locus sit huic doctrinæ. Nam requiritur primò, quod constet, illud instrumentum illamque scripturam aliquam extitisse, secundo de illius tenore attestari ij debent. Requiritur tertio, quod casu sit deperdita. ita Bal. in d. l. testimonium. C. de testibus. Requiritur quartò, quod testes hac de re attestantes, sint legales, & integri. Quæ sanè qualitas deduci, & probari debet, sicuti in specie docuit Bero. in d. c. 2. n. 73. de prob. Et similib. in casib. idè affirmarunt Corf. suo singulari, in ver. integ. Alex. in cõs. 82. col. 4. n. 12. li. 1. Gra. in cõs. 35. n. 35. 38. in crim. Notorium

Notorium admitti contra præsumptionem iuris, & de iure.

S V M M A R I V M.

- 1 Notorium contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur, Et de quo notorio intelligendum. n. 3.
- 2 Probatio per facti euidentiã, reliquis omnibus exclusis, exclusã non dicitur.
- 4 Notorium facti permanentis, admittitur aduersus rem iudicatã.
- 5 Notorium etsi non probatione, indiget tamen allegatione.

Q V A E S T I O L X V I I.

QVAERO sexagesimosextimo, an aduersus præsumptionem iuris, & de iure, admittatur probatio in contrarium ex notorio? Et admitti scripserunt Rom. in l. si duo. n. 13. ff. de acq. hered. & consil. 350. n. 19. Felin. in c. quanto. n. 5. de præsumpt. Præp. in c. is, qui fidem, n. 8. de spons. Curt. Sen. in l. admonendi. n. 24. ff. de iureiur. & apertius Alci. in tract. de præsumpt. in præludij p. 2. n. 14. Paris. in consil. 2. n. 53. li. 2. Gratus in consil. 83. n. 4. li. 1. Euerard. in centuria legali, in loco, à verisimili. nu. 20. versic. si tamen de facto. Ea est ratio, quod probatio facti per facti euidentiã, vt quid clarum, & manifestum, nunquam censetur exclusã, & si cæteræ omnes exclusæ sint, vt scribunt Bal. in l. contra negantem. in fi. C. ad l. Aquil. & in rub. C. de prob. & ibid. Cast. nu. 2. Marfil. in l. 1. §. si ferui quafi. ff. de quæst. Afinius in commentar. ad statuta Flor. §. 19. c. 5. in nona limite.

Declaratur primò hæc sententia, vt procedat in notorio permanente, non autem in transeunte. Ita Alciat. in d. 2. p. n. 15. post Rom. in d. consil. 350. Nam cum allegatur notorium facti transeuntis, necesse est probare illud per testes, iuxta c. vltra. de coh. cler. & mul. Quæ sanè probatio rejicitur ab ipsa præsumptione iuris, & de iure, ita etiam dicimus aduersus rem iudicatam admitti facti permanentis, non autem transeuntis, vt loco iam relato scripsit Alc. post Fel. in c. quonia contra. in 4. fallen. de probat.

Declaratur secundo, vt locum habeat hæc sententia, si modò hoc nototium permanens allegetur. ita Alciat. in d. par. 2. num. 10. in fi. Idem affirmant omnes, qui dñt, quod etsi facti nototium non indiget probatione, indiget tamen allegatione, ita tradunt Alex. in l. 1. n. 4. C. vt que defunt aduoc. Barbat. in consil. 62. col. 2. lib. 1. & in consil. 35. col. 4. li. 2. & Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium. num. 35. ff. de dam. infec. vbi declarat.

Probatio admissa aduersus præsumptionem iuris, & de iure, parte non opponente, an proficit.

S V M M A R I V M.

- 1 Probatio aduersus præsumptionem iuris, & de iure, parte non opponente, admissa, prodest.
- 2 Aduersarius non opponens, consentire videtur, & fauori suo renunciare.
- 3 Probationes admissæ contra rem iudicatam, parte non opponente, rescindunt iudicatum.

Q V A E S T I O L X V I I I.

QVAERO sexagesimooctauo, an aduersus præsumptionem iuris, & de iure, admissa probatio parte non opponente, proficit. Et prodesse ad eam præsumptionem confutandam affirmarunt Bal. in l. filium. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iuris. Abb. in c. cum contingat. col. 3. de off. deleg. Rom. in l. si duo. n. 14. ff. de acq. her. & idem in consil. 350. nu. 7. Alex. in l. à diuo Pio. §. si pignora. nu. 4. ff.

de re iud. Curt. Sen. in l. admonendi. nu. 24. ff. de iureiur. Præp. in c. is qui fidem. n. 8. de spons. Felin. in c. quanto n. 4. de præsum. Euer. in ceteria legali, in loco à verisimili. n. 20. versic. si tamen de facto. Alci. in tract. de præsumpt. in præludij. p. 2. n. 9. versic. 2. limitatur. Paris. in consil. 10. n. 85. lib. 2. Ea est huius sententiæ ratio, (inquit Alciat.) quia facti aduersarius, qui non opposuit, videtur tacite consentire, atque ita renunciare fauori suo. Ita docuit Alex. in l. iudex posteaquam. num. 12. ff. de re iudi. Et comprobantur prædicta, ex eo, quod dicimus probationes facti admissas, parte non opponente contra rem iudicatam, pro qua dicitur esse præsumptio iuris, & de iure, efficere, vt retractari illud iudicatum possit, ita post alios docuit Dec. in c. quonia contra. nu. 38. de probat. & dicemus infra subsequenti lib. 2. præf. 20.

Ceterum obstat vñ, (ait Alciat.) quod cum probatio non admittatur contra hanc præsumptionem, & hic sit articulus iuris, & consequenter notorius l. cum quidam. §. suum. ff. de acq. hered. sequitur quod etiam parte non opponente processus sit nullus, ex traditione Baldi in l. nõ dubium. in fi. C. de legib. & vberius in sua disputatione, statuto cauetur, quod fenerator. Anch. in c. ea quæ de reg. iur. in 6. & Aret. in cap. fraternitatis, de testib. Huic difficultati satisfacit Alciatus, & ait, quod hoc locum haberet, quod esse in casu, qui non penderet à voluntate partium, prout sunt causæ criminales, de quib. per Bart. in l. 1. §. 1. ad Trebel. secus est hoc in casu, in quo pars potest renunciare fauori suo, & ideo non opponendo dicitur ius suum remittere, quo stante, non est aliquid nototium, quod à iudice suppleri possit. Præterea responderet, quod hæc est tacita renunciatio, & ideo admittitur, sicuti admitti solet et in causis criminalibus, Dec. in l. 1. in tertia lect. n. 49. C. qui admi. Ias. in l. penul. n. 18. C. de pactis, & Gram. in voto septimo. n. 6.

Probationes aduersus præsumptionem iuris, & de iure, quo tempore admitti debeant?

S V M M A R I V M.

- 1 Probationes aduersus præsumptionem iuris, & de iure, solum ante sententiam admitti. Contraria tamen refertur sententia, num. 2.

Q V A E S T I O L X I X.

QVAERO sexagesimonono, quo tempore admitti possint hæc contrariæ probationes, aduersus hanc præsumptionem iuris, & de iure? Et solum facti ante latam sententiam admitti docuit Feli. in c. quanto. col. 3. versic. fallit quarto. de præl. auctoritate gl. in ca. ordinarij. §. 1. in verb. liberè. ff. de off. ord. in 6. & ibid. Gem. in fi. vbi Imo. & Franc. idem scripserunt. Idè scriptum reliquit Euer. in cent. legali in loco à verisimili. n. 20. versic. & potest dari. Verum ab hac opinione dissentit Alciat. in tract. de præsumptio. in præludij. par. 2. num. 17. & rectè, quandoquidem repugnat hæc Geminiani, Felini, & sequaciū traditio, & generalibus constitutionibus, vt l. vt. C. arbit. tutelæ. & l. antiquæ. C. ad Velleia. ac similia, quib. absolute rejicitur probatio contra hanc præsumptionem iuris, & de iure. Nec aliqua adhibetur distinctio, quod pronunciatum, & declaratum sit super hac præsumptione. Ea est ratio, quia hæc præsumptio habetur ac si res iudicata esset, quæ quidem non admitteret probationem contrariam aliquo tempore, sicuti alias supra demonstrauimus. Nec obstat illud c. ordinarij, quia respondet Alci. quod illa non erat præsumptio iuris, & de iure, sed iuris tantum, quæ inducitur ex eo, quod non ostenditur dispensatio in termino præstituto. Et illam esse solam iuris præsumptionem intellexit ibi Gemin. in prima sol. Non

Non etiam obstat illud simile, quo vñ sunt Imol. Francus, & apertius Euerardus de instrumento, contra quod obijci possunt exceptiones etiam elapso termino, quia respondetur, ex illis instrumentis non induci præsumptionem iuris, & de iure, sed iuris tantum, ex quo lex, vel statutum non excludit præcisè, & omninò ipsam contrariam probationem. Quam quidem si excluderet, verè nullo modo posset admitti. Ita decidit Rota decii. 2. in tit. de prob. in antiquis, et si eam aliter, & malè intellexerit Euerardus.

Restitutio in integrum, aduersus præsumptionem iuris, & de iure, admitti.

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio in integrum aduersus præsumptionem iuris, & de iure conceditur. Et qua de causa. 2. Item contra præsumptionem iuris tantum. 3. Et quo casu id non procedat. 4.
5 Argumentum à sensu contrario, quo casu non procedat.

Q V A E S T I O L X X.

QVAERO septuagesimo, an aduersus præsumptionem iuris, & de iure, concedatur restitutio in integrum? Et concedi affirmarunt in specie Alexan. in l. inter stipulantem. §. 1. col. 1. ff. de verb. oblig. & in l. si infanti. num. 9. C. de iur. deliber. Ruin. in consil. 68. num. 20. lib. 1. Iacobinus in l. si infanti. in fi. C. de iure deliber. Soc. Jun. in consil. 104. num. 18. lib. 3. & Alciat. in tractat. de præsumpt. in prælud. part. 2. num. 18. & Hiero. Gabr. in consil. 26. num. 53. lib. 1. qui & si secutus sit Ruin. supra allegatum, attamen solum loquitur de præsumptione iuris. Quam sanè sententiam probat l. si mater. in princ. ff. de except. rei iudi. ubi ex eo textu docuit Bart. restituitio in integrum concedi aduersus rem iudicatam, cum tamè contra eam non concedantur contrariè probationes. Et idem scripserunt ipse Bart. in l. 1. C. de set. aduersus fiscu latis. Iaf. in l. admonendi. in l. le. & u. nu. 45. & ibidè Curt. Jun. nu. 8. Et hæc quidem restitutio conceditur ex illa clausula generalis, si qua mihi iusta causa, &c. ita Alex. in d. l. si infanti. nu. 9. C. de iur. deliber. & Ruin. in d. consil. 68. num. 20. Quibus constat Ang. in l. inter stipulantem. §. si Stichum. col. 1. vers. tu dic. ff. de verb. oblig. & Goz. in consil. 8. col. vlt. vers. præterea, & tertio, malè à recepta illa opinione dissentire. Placet, & mihi illa distinctio bene eruditi Sfortia Oddo in tracta. de restitutione in integrum in q. 36. art. 1. n. 7. cuius locum videre contigit, dū ij commentarij nostri nouè excuderentur, scribit Sfortia præsumptionem hanc iuris, & de iure non tollere in integrum restitutionem, sed probationem, sicuti accidit aliàs in l. si duo. ff. de testam. tutela. & ideo si læsus (inquit Sfortia) admittitur ad probandum læsionem, vt quia pars non contradicat, vel quia ipsi iudici adeo notoria sit, vt eum admittat ad deducendum læsionem, locus erit restitutionis in integrum. Hæc restitutio in integrum multo magis conceditur aduersus præsumptionem iuris tantum, sicuti in specie affirmarunt Abbas in c. constitutus. nu. 8. de in integrum rest. & Ruin. in consil. 68. n. 20. lib. 1. Recepta tamen illa opinio declaratur secundum Alciat. loco iam citato, vt non procedat quando specialis præsumptio iuris, & de iure esset, petentem se restitui, non esse læsum. Ita intelligit Alciatus doctrinam Abb. in d. c. constitutus. n. 8. de in integrum restit. Nisi dicamus Alciatum sumpsisse argumentum à sensu contrario in ea doctrina Abbatis, quod genus argumenti passim non admittitur, cum repugnant iura.

Restitutio in integrum, qua aduersus præsumptionem iuris, & de iure admittitur, infra quod tempus concedatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio in integrum, aduersus præsumptionem iuris, & de iure, conceditur intra quadriennium. Et tempus illud utile dicitur, & à die scientia currit. nu. 2. Ignorantia tamen illius, probabilis esse debet. nu. 3.

Q V A E S T I O L X X I.

QVAERO septuagesimo primo, cum aduersus præsumptionem iuris, & de iure, concedatur restitutio in integrum, infra quod tempus detur? Est noua iuris quæstio, quã à nemine, quod sciam proposita video. In qua quidem dicendum est concedi intra quadriennium iuxta generalem constitutionem l. vlt. C. de temp. in integrum restit. peten. Qua prouisum est non solum minoribus læsis, sed & maioribus, qui iustam hnt causam petendi eam restitutionem in integrum concedi quadriennium, sicuti in fine illius constitutionis scriptum est, & tradit Bald. ibi in vlt. notab. cum dixit, hoc casu maiores esse similes minoribus. Ita & Iacobinus à Sancto Georgio ibi. n. 5. ait, quod tam maioribus quam minoribus, & ecclesiæ, conceditur tempus quadriennij ad petendū, & finiendum restitutionis causam. Quocirca quemadmodum maior læsus ex re iudicata, pro qua stat præsumptio iuris, & de iure, obtinet restitutionem in integrum ex clausula illa, si qua mihi iusta causa, (vt dixi superiore quæstione) ita etiam hic dicendum est. Et ideo hæc restitutio peti debet intra illud quadriennium. Ita etiã simili in casu docuit Cur. Jun. in l. admonedi. n. 9. ff. de iureiur. cum dixit, restitutionem illam in integrum, quã conceditur ei, qui noua iura, & instrumenta inuenit, quibus vtatur contra delatum instrumentum illam inquam restitutionem peti, & cõcedi solū intra quadriennium ex d. l. vlt. Illud autem hæc in re annotandum est, quod hoc quadriennium concessum fuit, non solum ad petendum restitutionem ipsam, sed etiam ad diffiniendam totam restitutionis causam. Ita Ruin. in consil. 36. in fi. li. 5. & præterea quia hoc tempus quadriennij est utile esse dicitur, & ob id solum incipit currere à die scientiæ, sicuti scribunt Soc. Sen. in consil. 194. n. 5. lib. 2. Dec. in consil. 36. col. vlt. & in consil. 436. n. 9. Ruin. in consil. 35. n. 34. in consil. 68. in fi. & in consil. 110. in fi. li. in consil. 139. n. 16. li. 2. in consil. 13. n. 6. & in consil. 43. n. 15. lib. 4. Bello. in cõf. 18. n. 12. Rub. in consil. 98. n. 3. & Tiraq. in tract. de retract. cõsang. §. 35. gl. 4. n. 44. qui & alios eiusdem opinionis Doctores commemorat. Et hinc fit, vt ignoras restitui possit ad 40. annos, vsque, cum ei utile hoc tempus non currat, ita tradunt per multi quos recensent, & communem testantur Boer. q. 39. n. 6. & Tiraq. in d. gloss. 4. n. 44. Imò sunt, qui asserunt vsque ad centum annos hunc ignorantem restitui. Qua in opinione fuerunt Bal. Cast. Alex. Abbas, Ang. Mart. Laud. Barba. Iaf. Socin. Sen. Petrasancta, Iacob. & Marfil. quos recēset Boer. in d. q. 39. n. 4. Illis addo Dec. in consil. 36. col. vlt. & in consil. 303. num. 5. vers. non obstat quod Soc. iun. in consil. 70. n. 30. in consil. 32. & in consil. 128. n. 169. li. 1. Latissimè Thesaur. decis. 134. n. 3. 4. Verum ab ea opinione recesserunt Bal. Anch. Comens. Ang. Alex. Iacob. Rebuff. Cur. Sen. Io. à Platea, Barbat. Aret. Fel. & Dec. quos recēset, & sequitur Boer. in d. q. 39. n. 5. & n. 6. Hæc autem ignorantia est probabilis esse debet, sicuti responderunt Ruin. in cõf. 13. n. 16. li. 4. Dec. in consil. 36. col. vlt. in consil. 474. in fi. & in consil. 564. in fi. Boer. in d. q. 39. col. pen. vers. quod debet intelligi, & Soc. Jun. in consil. 115. n. 42. lib. 2. & Thesaur. in d. dec. 134. n. 8.

Restitu-

Restitutio in integrum aduersus præsumptionem iuris, vel iuris, & de iure coram quo peti debeat?

S V M M A R I V M.

- 1 Restitutio in integrum aduersus præsumptionem iuris & de iure quando petitur principaliter, fit coram iudicibus causarum ordinarijs, vel delegatis, & quibus &c. Et quid sit, quando restitutio illa incidenter petitur. num. 2.
3 Tribunal qui magistratus habeant.

Q V A E S T I O L X X I I.

QVAERO septuagesimo secundo, coram quo peti debeat restitutio in integrum, aduersus præsumptionem iuris, vel iuris, & de iure, Est etiã noua hæc quæstio, quã distinguendo duos casus, ita clarè possumus diffinire. Primus est, quando restitutio ista principaliter petitur, tunc peti potest coram iudicibus illis enumeratis in constitutione Iustini, in l. vlt. C. vbi & apud quem cogn. in integr. restit. agen. fit. hoc est coram iudicibus causarum ordinarijs, vel delegatis ad vniuersitatem causarum, vel delegatis specialiter à principe, vel coram ciuitatum administratoribus. Et subiungit Iustinia. Coram arbitris ex cõpromisso peti non posse. Id quod post Fran. Accursum & Iacobum Butrig. in d. l. vlt. declarat Signot. in consil. 45. procedere quo ad actum ipsam restitutionis, nõ autem quo ad ipsam declarationem, & pronuntiationem de restituendo, à qua quidem interpretatione dissentit Bald. in d. l. vlt. in fin. Secundus est casus, quando restitutio petitur incidenter. Hoc in casu sunt opinioniones. Nam Bart. in l. nam & postea. §. si minor. col. 2. vers. pato etiam. ff. de iureiur. docuit, petendam esse coram iudice illo, coram quo restitutio ipsa principaliter peteretur, sicuti coram ordinarijs, vel delegatis, vt superiore casu, & propterea negare videtur Bart. quod peti possit coram iudice causæ principalis. Hoc apertius affirmarunt Iaf. in d. §. si minor. nu. 12. Soc. num. 4. & Zasius nu. 7. ex quo infert Bar. ibi, quod si causa tractaretur coram iudice pedaneo, qui nõ posset restituere in integrum principaliter, sicuti quando iudex maior in illo actu causæ principalis suam interponit auctoritatem, non posset inferior restituere, iuxta l. minor autem magistratus. ff. de minor. 25. annis. Altera fuit opinio Signoroli in d. l. nam & postea. §. si minor. num. 8. & Curt. Jun. ibidem num. 4. vers. ego tamen, qui scripserunt, hanc causam restitutionis in integrum incidenter propositam, tractari posse coram iudice illo inferiore, coram quo causa rei principalis discutitur. Et primo motus est Curt. ex d. l. vlt. C. vbi & apud quem & c. inuncta l. quoties. C. de iudicij. Nam ex d. l. vlt. iuxta interpretationem Bart. ibi, permissum est omnibus iudicibus, etiã minoribus cognoscere de causa restitutionis in integrum. Et tamen de causa status solum hodie cognoscunt maiores magistratus, d. l. quoties, nisi (vt ibi dicitur) incidenter illa tractaretur. Ergo multo magis causa restitutionis in integrum, quæ ab inferioribus cognosci potest, si incidenter proponatur coram iudice non suo, qui tamen de causa principali cognoscat, tractari poterit. Ceterum dubia mihi videtur argumentatio hæc quandoquidem ex mente Bar. in d. l. vlt. falsum videtur, quod coram quocunque iudice minore, causa hæc restitutionis possit tractari, cum coram illis tantum agi valeat, qui tribunal habent, vt significat verba illa, non solum apud iudices pro tribunali & c. Dum enim loquitur de iudicibus ordinarijs, præsupponit eos habere tribunal. Tribunal autem non habebant nisi maiores magistratus, vt prætores & illis similes. Secundò mouetur, & rectius Curtius ipse verbis d. l. vlt. in fi. ibi. Vel in alijs speciebus inciderit, quedam quæstio restitutionis. Sanciuit itaq; Iustini. restitutionem in integrum posse peti incidenter coram eo iudice causæ principalis, qui alias de ipsa restitutione in integrum nõ

cognoscit. Quare Bar. in d. l. vlt. nu. 4. vers. quandoque delegatur &c. scribit, quod si causa principalis tantum est delegata, coram eodem iudice incidenter poterit causa restitutionis in integrum agi.

Tertio confert penè in specie nostre tractationis doctrina Odofredi in l. admonendi. ff. de iureiurand. quam ibi probant Caccia lup. num. 8. & Curt. Jun. nu. 10. quod restitutio in integrum, aduersus sententiam latam ex iuramento, ob noua instrumenta reperta, peti potest coram eodem iudice causæ principalis. Idem ergo dicendum est nostro in casu.

Quarto accedit reg. d. l. quoties. C. de iudicij. quæ correctia non reperitur isto in casu. Est sanè in illa regula quod incidenter causa cognosci possit coram eo iudice, qui aliàs de ea non posset principaliter cognoscere, sicuti multis exemplis explicat ibi Bald. Castr. Iaf. & reliqui, & maxime Iaf. ibid. nu. 6.

Restitutio in integrum aduersus præsumptionem iuris & de iure, quando petitur noua instantia iudicij, an requiratur?

S V M M A R I V M.

- 1 Instantia noua quando non est opus in petitione restitutionis in integrum aduersus præsumptionem iuris & de iure.
2 Instantia noua incipit à litis contestatione.
3 Restitutio in integrum quando requirit nouam instantiam.

Q V A E S T I O L X X I I I.

QVAERO septuagesimo tertio, quando petitur restitutio in integrum aduersus præsumptionem iuris, vel iuris & de iure, an sit opus noua instantia? Est & hæc noua iuris quæstio in hac tractatione. In qua quidem sunt distinguendi aliquot casus. Primus est, quando is, qui videt contra se esse præsumptionem iuris & de iure, antequam lata sit sententia, petit se restitui in integrum iuxta supra dicta. Hoc casu nõ est opus noua instantia, ex quo potest eum eadem instantia causæ principalis tractari. Nam incidenter petita dicitur hæc restitutio. Et hoc comprobat traditio Bar. in l. nam & postea. §. si minor. col. 2. vers. & in hoc secundo modo. ff. de iureiur. cum dixit, quod quado restitutio in integrum proponitur incidenter, lis non contestatur. Et cum Bar. ceteri ibi transiunt, & Cremer. sing. 125. si post litè. Non ergo noua erit instantia quæ solet à litis contestatione incipere. I. vbi gl. & latè Ang. in l. propterandum. in princ. vbi Cast. nu. 5. Alex. nu. 2. C. de iud. & idem Alex. in consil. 13. nu. 2. lib. 3. Cur. Jun. in rub. C. de in ius. vocando. nu. 5. & A sin. in commentat. ad statuta Flor. §. 1. cap. 1. nu. 1. & c. 5. qui declarat non procedere in statutis disponentibus, quod à citatione incipiat. Secundus est casus, quado virtute huius præsumptionis iam lata est sententia. Hoc casu restitutio fit in integrum requirit nouam instantiam, cum prima iam sit perempta. Ita in simili probatur ex traditionibus doctoru in leg. si diuersa. C. de transact. ibi Alex. post Bar. com dixit, quod quando petitur restitutio aduersus transactionem, opus est noua instantia. Ita etiam alio simili in casu dicimus de restitutione in integrum, petita cõtra sententiam rescindendam, ob instrumenta de nouo reperta, sicuti tradit Cur. Jun. in l. admonendi. nu. 11. ff. de iureiur. & ibi Caccia lup. nu. 9. qui copiosè differit. Præsumptionem fraudis, petentis se in integrum restitui, aduersus præsumptionem iuris, & de iure, non impedire executionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Executio non suspenditur, quando extat præsumptio fraudis, & malitia aduersus petentem se in integrum restitui.

Malitia